



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De ieunio rogationum. vii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

orádo, eleemosynas largído, abstergamus, & carné nostrá decimem², vt ad sanctū Pascha securi peruenire possimus.

De ieiunio quatuor temporum. Cap. II.

Constituimus, vt quatuor tempora anni, ab omnibus Ex cōcil.
Cum ieiunio obseruentur, id est, in Martio, hebdoma- Megūti.
da prima. In Iunio, secunda. In Septembri, tertia. In De- cap. 2.
cembris, quarta: quae fuerit plena ante vigiliam Natalis do-
mini, id est, feria quarta, & sexta, & Sabbato. Veniant om-
nes ad Ecclesiā hora nona, cū letaniis ad Missarū solēnia.

*Quo tempore ad Missam flectamus genua dici de-
beat.* Caput III.

Vt presbyteri plebis anuūcient, quod in Quadra- Ex cōcil.
gesima & in ieiunio quatuor tēporum tantummodo Aureliā.
ad Missarum solēnia genua flectere debeant. In dominicis cap. 14.
ēcontra diebus vel cæteris festis, à vespera vsq; in vesperā
non flectant genua, sed stantes incuruati orent, nec quis-
quam vno genu solotenus impresso orare præsumat, sicut
Iudai iridentes dominum in passione eius fecisse legun-
tur, sed vtraq; genua terræ figat. Ait enim Apostolus: Fle-
togenua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi.

De illis qui indictum ieiunium contempserint.

Caput IIII.

Siquis indictum ieiunium superbiendo contempserit, Ex cōcil.
& obseruare cum cæteris Christianis noluerit, in Gā- Megūti.
grensi concilio præcipitur, vt anathematizetur. cap. 5.

De eadem re. Caput V.

Siquis eorum qui continentiae student, absque necessi- Ex cōcil.
tate corporea, tradita in commune ieiunia, & ab Ec- Gangrē.
clesia custodita superbiendo dissoluit, stimulo suæ cogita- cap. 19.
tionis impulsus, anathema sit.

De letania maiore quomodo obseruanda sit.

Caput VI.

Placuit nobis vt letania maior obseruanda sit à cunctis Ex cōcil.
Christianis vno die VII. Calan. Mai. sicut in Romana Mogūti,
Ecclæsia constitutum reperimus, & sicut sancti patres no- cap. 6.
stræ cōstituerunt: nō equitādo, nō preciosis vestibus induiti,
cinere respersi, & cilicio induiti, nisi infirmitas impedierit.

De ieiunio rogationum. Cap. VII.

Ex cōcil.

Cum exigētibus peccatis, Galliarum populi luporum Aureliā.
Crabie acriter interimerentur, nechuius flagelli ali- cap. 6.

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

quod remedium inueniri posset, congregati traduntur Galliarum episcopi apud Viennam urbem, atque in commune statuerunt, ut triduanum ieiunium facerent. Cumque dominus pestem misericorditer abstulisset, hi dies consuetus dinem annuae celebritatis venerunt, ut per Galliarum prouincias, ante Ascensionis domini diem celebrarentur. Agamus & nos hos dies cum summa reverentia & deuotione, cum abstinentia carnis, & humilitate cordis, non ut visibilium luporum rabien euadamus, sed ut invisibilium, id est, spirituum immundorum tentamenta vincere valeamus. Nullus autem his diebus vestimentis preciosis induatur: quia in sacro & cinere lugere debemus. Prohibeantur ebrietates, & commissationes, quae sunt in vulgaris plebe. Nemo ibi equitare praesumat, sed discalciatio pedibus omnes incedant. Nequaquam mulierculae chonducant: sed omnes in commune Kyrieleson decantent, & cum contritione cordis Dei misericordiam exorent, pro peccatis, pro pace, pro peste, pro conseruatione frugum, & pro cæteris necessitatibus. Dies enim sunt abstinentia, non laetitia.

Vt in cena domini, ut in reliquis Quadragesimæ diebus, ieiunium non soluatur. Cap. VIII.

Ex eccl. Laodiceæ. cap. 50.

Quod non oporteat in quadragesima in ultima septima V. feriae ieiunium soluere, totamque quadragesimam sine veneratione transire, magisq; conueniat omnem quadragesimam districto venerari ieiuniu-

Vt in sabbato sancto ieiunium ante noctis initium non soluatur. Cap. IX.

Ex eccl. Arausico, cap. 2.

VT in sabbato sancto, hoc est, in vigilia Pascha, ieiunium ante noctis initium, nisi a parvulis aut infirmis, non soluatur, nec ipsa in Parasceue: quia cena domini in Parasceue, & sabbatum ad illos XL. dies respiciunt: Vnde uina mysteria his duobus diebus non celebrentur: canonibus quippe iubentibus biduo isto, id est, Parasceue & sabbato, sacramenta poenitentia non celebrari.

Quod non oporteat in quadragesima natalitia sanctorum celebrari. Caput. X.

Ex concil. Laodiceæ. cap. 51.

Quod non oporteat in quadragesima martyrum natalitia celebrari: sed eorum sancta commemoratione in diebus sabbatorum & dominicorum fieri conueniat.